5090

[illegible] fecerunt in hunc modum In primis Nobilis Mathias Sazin suprascriptus Nobilibus Joanni Andreae et Gasparo Niwinskiem et eorum successoribus Tres sulcos in quibus aedificia constructa sunt in bonis Saziny sitos a platea qui [illegible] extenduntur inter metas Nobilis Simonis Wyszkowski et eiusdem iacent cum pomario. Similiter Nobilis Joannes Niwinski nomine suo et supra[scriptorum] fratrum suorum Germanorum Nobili Mathiae Sazin et eius successoribus Tres sulcos a via ad stagnum tendentes inter metas Simonis Wyszkowski et sui recognoscentis iacentes in eisdem bonis Saziny sitos cum [pertinentiis] et omnibus ac singulis utilitatibus fructibus proventibus attinentiis et pertinentiis [nullis] exceptis in simul sibi dederunt donauerunt inscripserunt et in perpetuum resignauerunt ac commutauerunt. Intuitione sibi ab utrinque realem cum [illegible] possessione per nobilem et nobiles duos officii acceptandam dant et admittunt. Pacemque tuitionem et euictionem omnimodam mutuo et inuicem sibi [illegible] promiserunt ab omni impedimento iuridico quarumuis personarum propinquarum et remotarum per omnes processus [illegible] cauent sub damnis omnibus [illegible] taxandis et edicendis. Et coram officio praesenti in primo citationis termino peremptorie respondendo omnibus in universum iuris remediis et defensionibus legalibus impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores [illegible] abscribendo et abrenunciando.

Zopienski Emissio

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Branscensis personaliter comparens Nobilis Thomas olim Mathiae Zopienski de Zopienie [illegible] sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognouit. Quia Nobilem Hieronimum olim Petri Zopienski de eadem Zopienie [illegible] de omnibus causis et actionibus processibus tam Terrestribus quam Castrensibus ratione vulnerum sibi per ipsum illatorum et aliarum violentiarum ob praestitam sibi satisfactionem quietat emittit et liberum facit Processumque eiusmodi cassat perpetuo.

Zopienie. Debitum.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Branscensis personaliter comparens Nobilis Hieronimus olim Petri Zopienski sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognouit. Quia Nobili Thomae olim Mathiae Zopienski et eius posteris summam Triginta florenorum Polonicalium debiti certi veri et liquidi mutuatae pecuniae teneri ac debere videlicet primam ratam Decem florenorum Polonicalium hinc pro festo Sancti Joannis Baptistae proxime futuro Secundam vero ratam videlicet Viginti florenorum Polonicalium hinc [pro] festo Sancti Michaelis Archangeli proxime venturo parata pecunia [illegible] omnibus bonis cum successoribus suis submittit ac [illegible] aliorum Triginta florenorum Polonicalium. Et coram [illegible] omnibus in universum iuris remediis et de[fensionibus] [illegible] abscribendo